

**A** Periculossimi autem in aetate hominum, 49. 56. & 63. Quia primus numerus anni 49. continet septem septimanas & septies septem annos: in secundo 56. concurrunt septem & octonarius: in ultimo 63. septimus & nonus climatericus & Enneaticus. Nam 63. anni continent in se novies septenarium, aut septies novenarium, in quo cum septenaria & novenaria mutatio concurrant, humorum commotionem in corporibus majorem fieri necessarii arbitrantur, qui naturam aliquando propius investigando aspiciunt. Hic annus 63. Firmico testante, ex hac causa Andraclas ab Aegyptiis ductus est, quod omnem vitam substantiam frangat ac comminuat. Sicut Andraclion herbam, quia hominem occidit, dici putant. Ea vero ad eadem sit cum Mandragora, ambigunt eruditi. Nec nostrum est, tantas inter doctos componere lites. Illud certe extra omnem dubitationem positum est, multos praestantes atque illustres viros eo anno perisse, quorum Catalogum trademus. *In loco de Morte.*

**B** Augustus Imperator ad filium scribens: Letare, inquit, mecum filii, transgressus enim sum omnibus senibus periculosum annum sexagesimum tertium, & sibi gratulatur de superato hoc senum Climaterico. *Gell. lib. 5. c. 6.*

Idem Gellius dicit, observatum esse multa hominum memoria, expectumque in senioribus, plerumque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo ac clade aliqua venire, aut corporis morbi que gravioris, aut vitae interitus, aut animi aegritudinis.

**C** Franciscus Petrarcha scribit ad Bocacium, qui perit natali suo die, nempe eodem anno aetatis suae 63. Sic igitur tibi non quaerenti illud dicam, quod ante hac tibi alii que semper occultum, praeter unum nuper Astrologum in ea arte magnum nominis, cui scrupulose investiganti, & inde ut aiebat, injicere molienti, an significatori meo (ita enim vocant) vitae meae tenor ac fama congruerent, & qui me progressu rerum, quive exitus maneret, hanc praesertim ob causam, quod opinio quadam pervetusta, & ipsa rei novitate mirabilis est. Sed ratio ea, quae ad probationem adducitur, mirabilior: dicunt enim, longa observatione compertum, tertium & sexagesimum vitae annum periculosum valde generi humano esse, vel insigni calamitate aliqua, vel morte, vel morbo corporis, aut animi. Quae cum gravia singula, tamen gravissimum ultimum.

Anni hujus multi meminerunt, sed hi nunc memoriae se offerunt. *A. Gellius in Noctibus Atticis. Conforius in lib. quem de seculis edidit. Et Julius Firmicus maternus Astrologus, nescio an verior ceteris, sed profecto cunctis ornator, lib. 4. Mathesios rem istam curiosius excutit, in ipsorum scriptis potest; quemadmodum & illa, quae a Gellio lib. 3. Noctium Atticarum, & Macrobio lib. 1. in Somnium Scipionis sunt annotata.*

Quot vero ad nostrum institutum attinet. Est ea quae ad reddendam ejus, quae singulis septem annis in hominum corporibus accidit, mutationis rationem, a nonnullis adferuntur, bene licet excogitata, mihi tamen (ut quod res est, dicam) non satisfactura.

Ego enim arbitror (salvo tamen aliorum quorumcumque judicio) Saturnum quidem esse praecipuum hujus rei causam, sed tamen non propter eam solummodo rationem, quam Marcellus Ficinus adfert, sed propterea quod plerumque est peregrinus, & a vita hominum alienus, & quod singulis ferè septem annis ad quadratum loci, aut si minus, ad contrarium naturae signi, unde egressus est, pervenit.

Nam quemadmodum Luna, quae nobis proxima est, & motu celerrima, ferè septimo quoque die in contrarium signum ejus naturae, unde egressa est, progreditur, & inde criticos producit dies, qui auctoribus Galeno & ceteris medicis doctissimis, ipsaque experientia attestantur, in morbis, vel ad salutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: ita Saturnus, qui motu est tardissimus, tot annos ferè, quot dies Luna, in uno signo commoratur, hos periculosos & Climatericos annos operatur, & has mutationes fortunae, ac humorum causatur, eoque Saturnus in generalibus temporum decretis non minus momenti habet, quam Luna in diebus secundum Ptolemaum.

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitate perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

SCRIPTORES.

De his autem & reliquis annorum hebdomadibus & annis Climatericis scripsit & hi praeter eos, quos Petrarcha recenset, Plato, Philo Indicus, Macrobius, Cicero, Boetius, D. Ambrosius & Augustinus, Beda, Georgius Palla, multi veteres ac recentiores Philosophi & docti viri, nobisque in monumentis suis reliquerunt hanc observationem usi & experimento comprobata.

CAUSAE EXITIORUM

HIS ANNIS OBE-

NIENTUM.

Qui de his annis scribunt, causas non adferunt, quare iisdem talia contingant, qualia supra propositum. Quam enim in eo omnes consentiunt, quod hoc ita fieri confiter, tamen curid fiat, non explicant.

Seneca scribit, se exponere non posse per Philosophiam, quare septimus quisque annus aetati signum imprimat. Cum autem dies diem, & annus annum, & aetas aetatem doceat (ut in proverbio dici solet) semperque a posteris prioribus inventis aliquid addatur, aut planè novae considerationes & demonstrationes inveniuntur; Marcellus Ficinus Astrologiam hujus rei causam adfert, dicens: Cum Astrologi singulas diei horas septem Planetis ordine distribuant, & similiter septem hebdomadae dies, atque in ipso seculo menses ordine septem Planetis differunt, sic etiam annorum dominium Planetis esse dividendum, & quod Saturnus septimo anno vitae ab initio ipsius praesit, & cum ab eo tanquam Planetarum summo ad infimum (Lunam) gubernatorem redeat: ut sicuti locorum, ita & rerum quoque magna fiat innovatio & immutatio. Nonnulli alii his numeris tantam vim tribuunt, eoque quod septenarius est plenus. Nam totus impar numerus ternarius est: totus par quaternarius, ex quibus duobus confurgit septenarius. Atque is dividi potest, ut nullus alius, primo in unionem & senarium, deinde binarium & quincuncem, postremò in ternionem & quaternionem, & quod ex variis figuris est compositus, multas formas admittit, & ex septem unitatibus etiam conficitur, & solus ex omnibus numerorum speciebus stat, & permanet, & quiescit, nec actionem sentiens, nec passionem, nec materiam, nec formam. Estque solus ex omnibus numerorum perfectissimus & absolutissimus, quemadmodum Deus ipse, qui omnia in numero, & mensura, & pondere disposuit, septenario numero in perfecta quarumcumque rerum descriptione, vel etiam cuiusque rei numerolitate, ac perpetuitate utitur passissimè: ut cum dicitur, *Proverb. 24.*

Septies in die cadit justus, & resurgit, id est, quotiescumque ceciderit. *Et Psal. 119.* Septies in die laudabo te. Quod alibi hoc modo exponitur, Semper laus ejus in ore meo.

Suntque de hujus numeri dignitate & significatione non tantum à Pythagoricis multa tradita, sed & ab Ecclesiasticis scriptoribus, *Ambrosio in lib. de Noe & Arca, cap. 12. Augustino lib. 11. de civitate Dei cap. 31. Hieron. in Esa. cap. 11. observata, quae qui velis legere, in ipsorum scriptis potest; quemadmodum & illa, quae a Gellio lib. 3. Noctium Atticarum, & Macrobio lib. 1. in Somnium Scipionis sunt annotata.*

Quot vero ad nostrum institutum attinet. Est ea quae ad reddendam ejus, quae singulis septem annis in hominum corporibus accidit, mutationis rationem, a nonnullis adferuntur, bene licet excogitata, mihi tamen (ut quod res est, dicam) non satisfactura.

Ego enim arbitror (salvo tamen aliorum quorumcumque judicio) Saturnum quidem esse praecipuum hujus rei causam, sed tamen non propter eam solummodo rationem, quam Marcellus Ficinus adfert, sed propterea quod plerumque est peregrinus, & a vita hominum alienus, & quod singulis ferè septem annis ad quadratum loci, aut si minus, ad contrarium naturae signi, unde egressus est, pervenit.

Nam quemadmodum Luna, quae nobis proxima est, & motu celerrima, ferè septimo quoque die in contrarium signum ejus naturae, unde egressa est, progreditur, & inde criticos producit dies, qui auctoribus Galeno & ceteris medicis doctissimis, ipsaque experientia attestantur, in morbis, vel ad salutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: ita Saturnus, qui motu est tardissimus, tot annos ferè, quot dies Luna, in uno signo commoratur, hos periculosos & Climatericos annos operatur, & has mutationes fortunae, ac humorum causatur, eoque Saturnus in generalibus temporum decretis non minus momenti habet, quam Luna in diebus secundum Ptolemaum.

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitate perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitate perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

A protectione ad septimam domum ad signum oppositum, in quo, ultimo praeterlapso septennio, anno fuerunt: Qui locus est oppositus, naturae contrarius, & semper adversus, ita ut sic Planetae & Horoscopus una cum Saturno mutant statum & fortunam ex variis, & diversis positionibus, & frangant debilitentque, ne opprimant naturam, & vitam his temporibus ex commotione & alteratione humorum.

Adde & hanc causam: ut septimo aut nono mense nati iustam perfectionem, vel, ut Graeci loquuntur, *δυναμὴν δυνάμει* obtinent: ita contingere quoque videmus, ut vita plurimorum ad Climatericos usque annos, in quibus septenarius numerus, novenariusque in se quasi in cyclum recurrunt, producat, ut Macrob. lib. 1. c. 6. & post eum Nicetas in Gregorium scribens annotavit, numerus perfectionis, quod solus ex omnibus, qui denario minores sunt, nec ab alio gignatur, nec alium gignat. Unde & Arithmetici hunc numerum virginem appellant, eumque Palladii sacrum esse dixerunt, quia nihil ex se pariat, quod intra denarii limites potest coacturari: duplicem vero eundem nomen excellantem esse variis, sed de illo plura, ubi de numero septenario agemus. *Loc. de Numeris.*

Qui autem his annis obierint, abundè dicitur in loco de Mortuis.

Antennae.

Quae Navis instrumenta.

Antropophagi.

HUMANA carne vescentes, vel pascentes alios.

Humana epule immanitatis sunt belluinae. Quae aliqui respectu Inguicivae ad Intemperantiam, respectu vindictae ad Cruditatem pertinent.

**O**bsidite Samariam Regem Syriae, tanta est oborta famens, ut Regi Israel mutum transeuntis mulier acclamaret, & diceret: Mulier ista mihi dixit, ad filium tuum, ut comedamus eum hodie, & comedimus eum. Quae abscondit filium suum, lib. 4. Reg. c. 6. v. 28.

Titanes Liberum patrem coctum devoraverunt. *Vide Tit. Superstitionis sacra fulta, ridicula.*

Lycan filium puerum, Tantalus proprium filium Pelopem diis propoliere epulandum. *Vide Tit. Contemptores religionis & Deorum.*

Cum Cyaxares, Medorum rex, Scythas apud se exules probris infectatus esset, quod in venatione, ut alias, nec possent: Scythae unum ex pueris, quos instruebant, mactaverunt, proponentesque coctum regi attulerunt. Cyaxares cum alicuius filii pueri carnes absumpsit. *Sabell. lib. 4. Enn. 2.*

Glaucus Sisyphi filius, qui apud Poniam regnavit, equas humanis carnibus aluit, a quibus ipse tandem discerpit est.

**D** Probus Gramma.

Diomedes rex Thracum, ab Hercule victus, & equabus suis humano asstietis cruori obiectus, perit.

Lamia regina pueros devorasse dicitur: quod cum ei omnes liberi essent mortui, hoc casti mensa, & invidia adversus fecundas mortu, ex ulnis infantes abripi, & confestim necari iusserit. *Diadorni lib. 20.*

Clearchus in libris Vitarum, eoque crudelitatis proventum narrat Phalarim tyrannum, ut infantes lactentes comedere. *Athen. lib. 9. c. 18. & Arist. lib. 7. Eth. c. 6. comminuit.*

Roma à Vitige Gothorum rege obfessa, universam Italiam extrema fame invaserat. Decius, Mediolanensis antistes, tam arcta caritate annoxae in sua scripsit diececi laboratum, ut praeterquam quod foeda & obscena multa esui essent, reperta fit mulier, quae fame adaecta, à filii carnibus non abstinerit. *Sabell. lib. 3. Enn. 8.*

Eo etiam ipso tempore, Procopius Graecus scribit, duas Mulieres, quae apud Ariminum hospitiorum cauponam exercebant, fame coactas, decem & septem homines diversis

*B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.*

temporibus interemisse, qui forte eorum apud eas hospitium ierant, quo tempore cubitum profecti, jam alto somno indormiebant, atque eorum carnibus sibi alimenta parasse: quod postea unus detexit, qui ipsi eadem peragentibus invigilabat, à quo ambae interfectae fuerunt. *Fulgosius lib. 7. c. 6.*

Humanam carnem post omnem hominum memoriam sic appetiverunt Sagae ex *Apuleio lib. 2. Asini*, ut aegre mortuorum corpora servari, aut concludi etiam possent, quin ille ingressa ad ossa usque abroderent. Quamobrem 67. capite legum Salicarum dicitur, Sortilegam, si hominem ederet, atque evincatur, solidos ducentos soluturam. Philosophus Lemius auctor est, Lamiam, quae sic humanis vescitur carnibus, Corinthi ab Appollonio Tyanao retecta & ejectam esse. Quod spectans Horatius, & velut crudelissimum facinus abominatur, inquit:

*Non pransa Lamia puerum virum extrabat alvo.*

Atqui hoc Magis in more fuit positum, ut cibo isto alerentur. *Apud Ammianum Marcellinum lib. 29. legimus, Polentianum Tribunal convictum & confestim fuisse, quod vive mulieris excussit ventrem, ut intemptivo parvum extra de futuro Imperatore consuleret. Rondelens Magum quandam in Monte Pessulano sepulchris haerentem observavit, qui ad sepulchrum profectus, ubi mulieris corpus fuerat pridie conditum, ex eo profecit semur, quod imponens humeris, carnem dentibus mordicus evelebat. Lycanthropiam morbum Rondelens dicebat esse, qua homines furiosi facti, se verti in lupos putant, coque cibo vescuntur. *Bodinus lib. 2. Daemon. c. 5.**

Strabo scribit, Hyberniae indigenas sylviculas humanis vesci carnibus, parentes defunctos editare, cum alienis uxoribus misceri in propulo, cum maribus & sororibus coire. *D. Hieronymus l. 2. ad Iovinianum auctor est, vidisse se, quum adhuc adolescens esset, quosdam hujus generis (ipse Scotos vocat) muliebrem mammam & natem editantes, ad stipulaturque Straboni & aliis, in iis quae de infando ejus generis concubitu traduntur. *Sabell. lib. 6. Enn. 6.**

Latronis cuiusdam Scoti *αδύρωπα* Filla, quum ob esum humanarum carniarum duceretur ad supplicium, conversa ad inceperantes, vultu crudelitatem praeseferente: Quid, inquit, me objugatis ob scelus homine indignum? Qui si experti essetis, quam palatum delectet humana caro, ne à liberorum quidem esu abstineretis. Ita perpetrata criminis impemittens, viva terra obruta est. *H. Boetius lib. 18.*

Cannibales, qui insularum à Christophoro Colombo Ligure inventarum partem incolunt, homines ferè truceque, puerorum & virorum carnibus, quos alii insulis bello aut latrocinii cepissent, vescuntur, & feminis abstinebant. Vicos hi habebant, vicenis aut tricenis domibus singulos: domusque erant omnes lignae, ac rotunda forma, palmis & stipulis contectae, cetratumque arborum & arundinum foliis, ad arcendas imbres. Aere utebantur adeo temperato, ut Decembris mense avium aliae nidus ponerent, aliae pullos educarent suos. *Bembus lib. 6. Histor.*

Lombardus puer in montibus Summae arcis prope Neapolim duos infantes trium annorum, in speluncam quandam blanditiis deductos, dissecuit, & carnes absumpsit, partim crudas, partim igne coctas: fastus plures se comedisse, ob cibi suavitatem. *Poggini in facietis.*

Abacas Can Tartarorum Rex, armis Turciae regno recuperato, captum proditorum medium dissecuit, carnes inter alias epulas coxit, & cum proceribus suis devoravit: quaeque interim, ne sic quidem sibi satisfactum esse. *Fulgosius lib. 9. c. 10.*

Paulus Kinisius inferioris Hungariae praefectus, cum praedictarios milites de Alba Graeca Turcis prodenda, consilia habuisse audisset, in carcerem seorsum conditos, singulis diebus eorum singulos haedorum in modum veru praefixos, & ad ignem diligenter affatos, focis vescendos apposuit identidem, ut proditorum caro ad palatum responderet, interrogans. Novissimum autem eorum, ne mine omnium extante, cui ipse cibis apponeretur, lenta inedia, cibique necessariis subtractione confectus. *Bonfin. lib. 3. Dec. 5.*

Cajetani quidam (quorum patria, trucidatis crudelissime civibus, à Gallis erat direpta) dum Ferdinandus II. Aragonum in urbem Neapolim à suis reciperetur, Gallique passim caederentur, aliquot nocti Gallos, qui in templum confugerant, crudeliter interfecerunt, adeo ut exempta morientibus

A corda, immani quadam rabie, prae ira ac dolore acceptae calamitatis, de tribus admoverint. Iovius lib. 3. hift.

Anno 1147, fame per proxima in Gallia grassante, Ecclesiarum Christi munificentia tanta fuit, ut multa modiorum millia in pauperes erogarent. In Lingonienfi parochia apud Morinandum, ubi quamplurimi quotidiana stippe fovebantur, quidam dividendes carnes hominum a se jugulatorum coctas, deprehensus, laqueo necatus est. Siegel. Contin.

ANTHROPOPHAGI UBI.

In ea Americae parte quam Brasiliam vocant, priusquam a Luzitanis frequentari cepit, omnes incolae in se mutuo, & vicinos deservite soliti perhibentur, ita ut victos omnes in deliciis habitos devorarent, & magna aviditate etiam incoctos absumerent. Nunc vero paulo mitiores effecti Christianorum eo confluentium convicti, in remotioribus solum & sylvestribus locis eam feritatem exercere dicuntur.

Orientalis Indiae incolae versus Septentrionem, vocati Antiqui, reliquas nationes barbaras humanis carnis vesci solitas, feritate superant. Non enim hostes duntaxat praedatores, sed & amicos & confanguineos, dum possint, devorant. Imo quidam gloria cupidi, ut fortissimè mortem videantur contemnere, aut signum constantiae & fidelitatis erga Regem exhibent, se ipsos manducandos & devorandos locant. Unde fit, ut macella ipsorum non pecuniis, sed humanis carnis abundent. Refert in hift. Indiae Orient. p. 1. de regno Congiano Philippus Pigaffetta.

Plura ad locum praesentem refer ex loco de carne. Tit. Carnes humanae.

ANTHROPOMORPHITAE.

Heretici fuerunt tempore Theodosii majoris Imper, & Siricii Pontificis, an. 397, quorum auctor erat Augustus, unde & Audaciani dicti sunt. Existimabant hi hominem creatum ad imaginem Dei secundum corpus, ideoque Deum esse corporeum. Fuerunt, qui Tertullianum auctorem hujus heresim facerent; sed exulat illum B. Augustinus lib. de heres. c. 86. Cœpit ea heresis in Aegypto, & relevata fuit rursus sub Henrico I. qui Auceps vocabatur, & Joanne 12. Pontifice, anno 954, in Provincia Paduana; sed statim fuit extincta. Sortiti autem sunt nomen a suo errore, quod Deum corporeum facerent, & dicitur namque homo interpretatur.

Antichristus.

NOMINIS VIS ET USURPATIO.

Antichristus nomen Graecum, idem sonat quod adversarius Christi, sive contra Christum; atque namque oppositum significat in compositis vocibus, & contrarietatem, ut constat. Sumitur vero bifariam in scripturis. Primo, pro omnibus qui Christum oppugnant, eumque in carne venisse negant. Secundo, ut denoret illum Christi adversarium, qui in fine mundi venturus describitur: & kar. 2. cap. 18. Antichristus dicitur. Utramque significationem Joannes in sua Canonica indicat Epist. 1. c. 2. Uult autem Malvenda, eum Hebraice appellari Al Massiach, hoc est, adversus Messiam: ejusque vocabuli fit mentio Psal. 2. vers. 2.

GENUS.

Omnium penè Scriptorum vulgata est opinio, etiam recte Luthero ( qui tamen ab illis malitiosè dissentire, quam eorum sententiam sequi maluit ) inc. 49. Genesios, Antichristum oriturum ex tribu Dan, vel saltem ex Judæis. Ita interpretantur plurimi veterum prophetiam Jacob Patriarchae Gen. c. 29. de quo legatur Pererius in idem caput, qui omnium testimonia & loca diligenter annotavit.

QUIS ET QUANDO VENTURUS?

Fore Antichristum unum aliquem hominem, & insignem Christi adversarium, prout de illo propriè loquimur, & vocatur a Paulo, homo peccati & filius perditionis; est fidei. Nam communiter hoc nomen accipiendo, & velut adjectivè, omnes, qui doctrinam Christi oppugnant, Antichristi vocantur. Fuitque hæc omnium Christianorum doctrina, indicata ab Apostolo 2. ad Thessalonicenses c. 2. quem locum omnes ad unum ita etiam interpretantur.

Veniet autem in fine mundi, ait ex Daniele, Apocalypsi & Paulo, Hieronym. quando regnum destruendum est Romanorum, & in decem Reges dividetur. Post quos alius confurgit potentior prioribus, qui sermones contra excelsum lo-

quetur, &c. Hinc Apostolus, Nisi venerit discussio primum & revelatus fuerit homo peccati; supple, non veniet dies judicii 2. Thessalonicenses 2. Daniel. 7. Apocalyp. c. 17. Legatur Malvenda lib. 1. de Antich. cap. 13. & sequent. ubi multa de hebdomadibus Dan.

A QUO MITTENDUS?

Indicat Christus apud Joannem c. 5. dum ait: Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis: significat, Antichristum quem sibi opponit, venturum sua auctoritate, tanquam Deum a nullo dependentem, & a Judæis pro Messia recipiendum, quomodo omnes Patres hunc locum interpretantur: itaque non mittetur ab alio.

A QUIBUS RECIPIENDUS?

Recipietur Antichristus a Judæis, tanquam eorum expectatus tot sæculis Messias. Ita Christus supra apud Joannem. Confirmat Apostolus in Epist. 2. ad Thessalonicenses. Nam cum dixisset de illo, Cujus adventus est secundum operationem Satanae, in omni virtute, & prodigiis mendacibus; &c. subjungit: Ideo qui chatatem veritatis non receperunt, ut salvii fient, mittet eis Deus operatorem erroris, ut credant mendacio: unde scribunt Sancti Patres, eum suscitaturum regnum Judæorum, & Jerusalemis templum excitaturum, & Judæos illum tanquam Salvatorem excepturos tandem desideratum. Judæos autem Messiam suum in fine mundi expectare, notorium est. Legatur Freneus lib. 5. heresi. c. 25. Hypopolit. marty. de consensum. seculi. Hieron. ad Algasium q. 11. Ambrosius in Epistola 2. ad Thessal. Aug. tract. 29. in Joannem, & infinitalii.

MORES.

Antichristi mores variis locis Scripturae depinguntur, praesertim accedente Patrum interpretatione, & Ecclesiae consensu.

1. Extollet se supra omne quod dicitur Deus, 2. ad Thess. 2. Daniel. 11.
2. Sedebit in templo, & adorari se finet tanquam Deum. Ibid.
3. Persequetur fideles omnes, ut eos a Christi cultu abducatur. Dan. 7. Apoc. 20.
4. Maxime rejiciet & auferet iuge sacrificium. Dan. 8. 12.
5. Abducet homines a studio bonorum operum & observatione decal. 2. Thessal. 2.
6. Auferet idola, ut ipse solus publice colatur. Apocal. 13. Dan. 11. 2. ad Thessal. 2.
7. Blasphemabit Deum & sanctos, & tollet mysterium Trinitatis. Dan. 7. Apoc. 13.
8. Ederit macula falsa, ut homines a veritate abducatur. Matth. 24. 2. Thessal. 2.
9. Corruptet Scripturas, easque suo spiritu interpretabitur, ut se Messiam doceat.
10. Palam se geret pro adversario Christi, Joann. 5. 2. ad Thessal. 2.
11. Imprimeret suis characterem quo dignoscantur. Apoc. cap. 13.
12. Erit libidinis addictus, Magus, & impius. Dan. c. 11. vers. 18. & 38.

IMPERIUM, POTESTAS.

Antichristum maximo exercitii oppresturum Ecclesiam & potentiam suam extendit in omnes orbis plagas, cum H. ex Daniele c. 7. tum ex Apocalypsi, & veterum testimonio constat. Data est ei, ait Joan. in Apoc. potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adoraverunt eam bestiam, per quam intelligitur Antichristum, omnes qui inhabitant terram, c. 13.

SEDES.

Ejus autem sedes non erit Romæ, ut plerique Novatores cavillantur; sed Jerusalemis: recipietur enim a Judæis tanquam Messias: ergo æquum erit, ut sedem suam in Judea constituat, & in urbe sancta, atque in ea occupet sedem, sive solium David; & ita implere videbitur, quae de gloria & imperio illius urbis, templique restauracione, a Prophetis sibi prædicta Judæi arbitrantur. Et colligitur ex Apoc. c. 11. ubi dicitur facturus bellum in civitate, ubi Dominus crucifixus: imò ut colligitur ex c. 13. tunc Roma erit deleta, iuxta interpretes, a decem illis Regibus: & dicitur rursus in Apoc. quod corpora Prophetarum Eliæ & Enoch jacebunt in plateis civitatis magnæ; c. 11.

DURATIO.

Antichristi persecutionem non duraturam diu, colligitur ex Scriptura: ita enim dicit Daniel. c. 7. Tradentur, inquit, in manus ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis; quod omnes intelligunt de spacio trium annorum cum dimidio. Unde subjicitur: A tempore cum fuerit ablatum iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem ( id est Antichristi regnum fuerit erectum ad vastandum Ecclesiam ) dies mille ducenti novaginta, qui efficiunt tres annos cum medio. Daniel. c. 12. Idem constat ex Apocal. c. 11. ubi Joannes: Calcabunt gentes civitatem sanctam per menses quadraginta duos; hoc est, tres annos cum medio. Et c. 12. dicitur: Mulier ( Ecclesia Christi ) quam prosequitur draco ( diabolus per Antichristum ) fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascat eam diebus mille, ducentis, & sexaginta. Similia habentur c. 13. Et dicit Christus, propter electos brevianos illos dies. Matth. 24.

INTERITUS ET OPPOSITIO.

Oppositos sese Antichristi doctrinis & prodigiis mendacibus, duos prophetas, Eliam, & Henoch, tradit Scriptura Apoc. c. 11. qui prophetaebunt diebus mille, ducentis, & sexaginta, amicti facis: hoc est, toto tempore persecutionis Antichristi: quibus expletis, occidet eos Antichristus, eorumque corpora jacebunt tres dies cum medio in plateis civitatis magnæ, ubi Dominus eorum crucifixus fuerat. Antichristi vero Exercitus, & Reges illius ductores igne caelesti delentur: Ipse vero Antichristus mittetur in stagnum ignis & sulphuris. Apocal. c. 20. accedente veterum expositione, Apostolus Paulus 2. ad Thessal. v. 2. ait de Antichristo: Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, ideò efficaciter suo imperio, ut passim omnes doctores in illum locum. Occidetur enim post dies triginta a morte Henoch & Eliæ, & vivus mittetur in infernum, ut Corè cum suis.

MIRACULA.

Tria miracula per eum patranda, memorat B. Joannes in Apocalypsi c. 13. Primum, quod unum è Regibus sibi subiectis, vel potius seipsum, velut plaga mortifica faucium, lanabit. Vers. 3. & 11. Quæ tamen plaga mortifica non erit, nisi quoad apparentiam.

PRÆCURSOR.

Antichristum habiturum etiam tum præcursores, quomodo Christus habuit Joannem Baptistam, constat ex Apoc. c. 13. Vers. 10, qui erit insignis impostor, ut videatur facere miracula, coeque imaginem Antichristi ab omnibus adorari.

FIGURA ET TYPUS.

Antichristi figuram expressisse Antiochum, plurimorum est sententia, ob insignem illius improbitatem, & persecutiones fidelium, quando etiam ablatum fuit iuge sacrificium, & sanctuarium conculcatum. Uti prædixerat Daniel. c. 18. Vers. 14. Quamvis illius persecutio fuerit diuturnior, quam futura est Antichristi, ut constat ex historia Machabeorum. Adjungit Antiocho Malvenda, l. 1. de Antichristo, Herodem Antipam, Simonem Magum, Apollonium Thianæum, Julianum Apostatam, Arium Hæresarcham, & nonnullos alios, inter quos plerique se pro Christo sive Messia venditarunt insigni impostura.

NOMEN ANTICHRISTI.

Scriptura Apocalypsi c. 13. nomen Antichristo tribuit, cujus numerum dicit fore sexcenti sexaginta sex: quod nomen Spiritus S. revelavit, ut ex eo sapientiores deprehendant ipsius adventum, & technas, alioque admoneant. Ita Irenæus & interpretes in eum locum. Igitur quemadmodum in nomine glorioso Jesus, deprehenduntur tres octonarii five 888, juxta vaticinium Sybillæ ita dicens: Atque octo monadas, tuvidem decadas super ista, Atque hecaco monadas octo, insidius significabis. Hominihus nomen: Sic in nomine adversarii Christi, tres senarii sunt, qui est numerus creaturarum, sive rerum intercurrentium. Sex enim diebus conditus est mundus; cum numerus octavus, sit numerus quietis & beatitudinis. L. B. Theat. vite Human. Tom. 1.

ERRORES VETERUM

de Antichristo.

Fuerunt qui Nerone crudelissimum Tyrannum existimarent Antichristum fore, & resuscitandum in fine mundi: ita Victorin. in c. 17. Apoc. & multi veterum, teste Hieron. c. 11. Daniel. August. lib. 20. de Civit. c. 19. Eamque opinionem innuit, quod inter Gentiles fama sparsa fuerit, Nerone non fuisse mortuum, sed a morte subductum. De qua legatur Suetonius in Nerone & Tacitus. Eandem sententiam videtur tenuisse Severus Sulpicius, & adscribit illam S. Martian. lib. 2. hift. ejus: sed intelligendus est S. Martianus eam solum enarrasse ex rumore aliorum.

Alii, Dæmonem aliquem incarnatum fore Antichristum arbitrati, ut ita aptius Christo incarnato opponatur, quando videtur. Teodoretus.

Hypopolitus Martyr censet fore Dæmonem incarnatum, sed in carne apparentem, & de falsa virgine falsam & phantasticam carnem assumentem.

Alii apud Rabanum tract. de Antichristo, putant, Antichristum non fore Dæmonem, sed hominem, qui dæmonis ope ex virgine concipietur, ut Christus conceptus fuit de Spiritu Sancto ex virgine.

Sunt nonnulli, qui Mahometem Antichristum comminiscuntur, ex eo quod literæ nominis confectura sint numerum 666. ut supra dictum est, & supra dictus Impostor caput sub hunc anorum Domini numerum: sed errant dupliciter, tum quod Joannes non loquatur de numero anorum, sed nominis: tum quod Mahometes incepit anno 632.

ERRORES RECENTIORUM

Novatorum.

Nostri sæculi Novatores, qui Reformatorum sibi titulum multiplice deformitate usurpant, & id merito, cum portentosam religioni Catholice formam induxerint per proprii spiritus deliria, Patrumque explosiones; non alium indocto populo obtrudunt Antichristum, quam Romano Pontificem. O delirium ellicboro dignum! veteribus, ut fateatur Lutherus, qui hujus Phrenesim antesignanus habetur, incognitum i tot in se continens absurditates, quot verba prout ex eorumdem super hoc dogmate consensu, infra constabit. Moventur ex nomine xaxiō, quod continet numerum 666. Sed quis Pontificem proprio hoc nomine appellavit unquam? Verum adversus isthæc deliria laborandum non est. Suffecerit enim Lectori, conferre cum Romano Pontifice, qui non unus est a tempore Christi aut Petri, sed aliquot centeni, ea quæ ex S. Scriptura de Antichristo sunt dicta. Quibus accedant ipsorum inter se disensiones ( inter enim superbos semper sunt jurgia ) & opinionum pugna; quo tempore scilicet filius ille perditionis fuerit revelatus.

ANTICHRISTUS QUANDO VENERIT?

Dissidia Novatorum.

1. Venit tempore Apostolorum. Ita Franc. Junius. Beza in epistolam ad Thessalonicenses.
2. Venit post annum Christi 600. tempore Phocæ Imperatoris. Lutherus in supplicatione temporum. Iconius in suo Elencho.
3. Venit anno Christi 763. Henricus Bullingerus præfat. homil. in Apocalypsim.
4. Venit anno 1200. post tempora D. Bernardi. Misculus in locis cit. de Ecclesia c. 12.
5. Venit quidem in mundum tempore Apostolorum, sed cepit regnare tempore Phocæ Imp. revelatus tempore Lutheri ( optime, si in Lutherum transferatur ) destruetur in fine mundi. Gabr. Povellus lib. 1. c. 1. §. 8. qui etiam fidei esse dicit, Papam esse Antichristum.
6. Conceptus est anno 408. formatus in utero matris circa annum 500. natus anno 600. circa tempora Phocæ. Illyricus Cent. 6. c. 1.

Dissidia in persona Antichristi:

Antichristus aliud non est, quam regnum tyrannicum Christi regno contrarium. Ita Povellus supra §. 5. Centuriatores cen. 1. lib. 2. c. 4. Antichristus non thronus, aut regnum est, sed persona singularis. Ita Franc. Junius ad c. 2. Bellarm. Dissidia circa Rom. Pontificem: quis ex illis Antichristus. Gregorius Magnus, homo pessimus, quem tamen ultimum Romæ Episcopum Calvinus appellat. Cyprianus in c. 9. Apoc. Et Lutherus virum bonum affirmat, in supplicatione temporum. Gg 4 Alii

